



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciae

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Epsteinii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

EPSTEINII.

JOHANNI PINCIERO J. U. D.
ILLUSTRISSIMI HASSIÆ PRIN-
CIPIS DOMINI LUDOVICI, &c. CONSI-
LIARIO, Epsteinensi Præfesto, marito dilectissimo, uxor
CATHARINA BREIDENSTEINIA amoris connubi-
alis atq; fidei memor epitaphium hoc Epsteinii, ubi mari-
tus vita pariter atq; officio defunctus est, & sepultus,
posuit, defunctiq; personam sic loquen-
tem introducit.

WETTERA me primùm vitalibus intulit auris.
Tradidit Argentina bonas mihi nobilis artes.
Juris Doctorem fecit me Gallia. Tellus
Itala me vidit peregrinum; vidit Ibera:
Vidit & Oceani dominatrix Anglia. Et inde
Gallia me reducem civilibus implicita armis
Ad Martem à Musis civilia traxit ad arma.
Cumq; etiam Belgas tristis vexaret Enyo,
Semper eram, Ludovice Comes, tibi fidus Achates.
Hassiaci accitus posthæc ad Principis aulam,
Marpurgi quinos moror annos. Arcis Eponis
Hinc præfecturam clementi à Principe nactus
Sedulus officium facio tria lustra duasq;
Messes; articulis ager, sed pectore sanus.
Omnibus his functum cum me jam gratia CHRISTI
Exorata piis precibus dissolveret, adem
Corpus in hanc tetulere meum, telluris & antro
Clausere obscuro penitus: sed spiritus alti
Cum Christo victurus ad It fastigia cœli,
Pectora sana meis obrectatoribus optans.

Obiit Epsteinii anno 1592.

FINIS.

Sor. tis J. U. D. Paderb.